1

Duplum.

988
38 f. 5
b. 4.

1/2 Lg. [illegible]

5886

Fasciculus medicine in quo continentur: videlicet.

Primo iudicia vrinarum cum suis accidentijs.

Secũdo tractatus de flobotomia.

Tertio de cyrogia.

Quarto de matrice mulierũ ꝛ impregnatione.

Quinto concilia vtilissima contra epidimiã.

Sexto de Anothomia mũdini totiꝰ corporis humani: Et q̃ꝫplura alia que hic nõ explanantur in titulo habẽtur in hijs opusculis: vt manifestetur legenti.

TILE ATE NO AVICE NA TE

PETRVS
DE
MONTAGNANA

CAIVS PLINI VS
DE NATV RALI





Sanguineus


Natura pingues isti sunt atq; iocātes. Nouos rumores cupiūt audire frequēter. Hoc ven⁹ ꝛ bacch⁹ delectāt fercula risus. Et facit hos ylares ꝛ dulcia verba loquentes. Omnibus hi studiis abiles sunt ꝛ magis apti. Qualibet ex cā nec hos leuiter mouet ira. Largus amās ylaris ridēs rubeiq; coloris. Cantans carnosus satis audax atq; benign⁹

Similitudo complexionum & elementorum.

Humidus est sanguis color est vis aeris illi.
Sicca calet colera sic est illi similata.
Alget humet flegma ac illi vis sic aquosa.
Melancolia friget ac exiccat quasi terram:

Colericus.

Est humor colere que cōuenit ipetuosis. Hoc genus est hoium cupiens precellere cūctos. Hen leuiter discunt necnon multum cito crescunt. Inde magnanimi sunt necnon largi summa petentes. Irsutus fallax irascens prodigus audax. Astutus gracilis siccus crocciq; coloris.



Flegmaticus

Flegma vires modicas tribuit latosq; breuesq;. Flegma facit pingues sanguis reddit mediocres: Ocia non studio tradunt sed corpora somno. Sensus ebes tardus motus pigricia sompnus: Hic sōnolentus piger in sputamine multus.

Melancolicus.

Restat adhuc tristis color substantie nigre: Que reddit paruos tristes semper alta loquentes. Hi vigilant studio nec mens est fedita somno. Seruant ppositum sibi nil reputant t orc gratuz. Non expers fraudis timidus luteiq; coloris. Inuidus ꝛ tristis cupidus dextreq; tenacis.

¶ Incipit fasciculus medicine compositus per excellentissimum artium ac medicine doctorem: dominum Joanem de Ketham Alamanuz: tractās de anothomia & diuersis infirmitatibus: & corporis humani: cui annectuntur multi alij tractatus per diuersos excellētissimos doctores cōpositi. Necnon anothomia Mundini.

¶ Et primo de expositione colorum in vrinis: Deinde de eorūdem iudicijs.



Rina est colamētum sanguinis & est duarū rerū significatiua ꝓprie: aut eni significat passionē epatis & venarū aut vesice aut renum. Aliaꝝ reruz est iproprie significatura Sed in vrina cōsiderāda sunt diuersa scꝫ substātia: color: regiones: & cōtenta. Aliud est cā substātie: aliud cā coloris: aliud cā sediminis. ¶ Cū.n. in hūano corpore sūt quatuor qualitates. scꝫ caliditas: frigiditas: siccitas: & hūiditas. Due.n. haꝝ scꝫ caliditas & frigiditas sūt cāe coloris. Siccitas & hūiditas sunt cāe substātie. ¶ Sciēdū.n. est ꝙ vrina i quatuor ptes diuidit. Supior ps est circulꝰ. Secūda ē corpꝰ eius. Tertia pforatio. Quarta fundus p circulū egritudo capitis & cerebri p corpꝰ eius egritudo spūaliū mēbroꝝ & stomachi p pforationē epatis & splenis p fundū renū & matricis & iferioꝝ mēbrorū accītia iudicamus. ¶ Itez in vrina sunt tres regiōes. scꝫ infima media & supma. Infima incipit a fundo vrinalis & durat per spaciū duorū digitorū. Media regio incipit vbi terminat infima & durat vsqꝫ ad circulū: qꝛ circulus ē in sūma regiōe & qū in ista sūma regiōe ē spuma: significat ventositatem ebulīētem in vijs vrinalibus vel inflationez seu aliud vicium pulmonis. ¶ Circulus vo grossus significat nimiā repletionem in capite & dolorem & quando in circulo sunt quasi grana alba signum reumatis indigestiꝰ & oppilationis in epate in regiōe media. Et si fila volitantia albi coloris: tunc est signū mortale. Sed si ibi quedaꝫ nebula est in sanis malū. Sed in febricitantibus si nebula sit diuulsa significat principium digestionis materie morbi & si fuerit vnita tunc significat plenam digestionem completam & cursum laudabilem & salutem. In infima regione sunt alij lapilli arenosi: & tunc denotat ꝙ patiens est calculosus. Et si sedimen est nigrum: & tunc nisi fuerit per talem vrinaz expulsio materie venenose signum est mortis.



Rina rufa significat sanitatem et bonam digestionem corporis humani. ¶ Urina subrufa sanitatē significat sed non ita perfectam sicut omnino rufa. ¶ Urina citrina quando circulus eiusdez coloris est laudabilis est & etiam subcitrina licꝫ non ita pfecte sicut omnino citrina. ¶ Urina rubea sicut rosa effimeram febrem significat: & si continue mingatur significat febrem quotidianam. ¶ Urina sicut sanguis in vitro significat febrem ex nimio sanguine: & tunc statim debet fieri minutio nisi fuerit luna in medio geminorum. ¶ Urina viridis quando mingitur post rubeam significat adustionem & est mortalis. ¶ Urina rubea claritate remota omnino declinationem morbi significat. ¶ Urina rubea permixta aliquantulū nigredini vicia epatis & calefactionē significat. ¶ Urina pallida significat defectionem stomachi & impedimentum scōe digestionis. ¶ Urina alba sicut aqua fontis in sanis significat crudelitatem humorum & in acutis febribus est mortalis. ¶ Urina autem lactea cum spissa substantia si accidit in mulieribus non ita periculosuꝫ sicut in viris propter indispositiones matricis tunc in acutis febribus est mortalis. ¶ Item vrina lactea superius & inferius obumbrata circa mediā regionem clara idropisim significat. ¶ Item vrina in idropico rufa vel subrufa mortez significat ¶ Item vrina caropus significat multitudinem humorum corruptorum sicut accidit in flegmatico idropico podagrico & alijs. ¶ Item vrina nigra potest esse de calore naturali extincto: & tunc est mortalis: vel pōt esse pp expulsionem materie venenose que expellitur per vias vrinales: & tūc significat salutem in quartana. als autez semper est mortalis. ¶ Itez vrina lucida sicut cornu indispositiones splenis: & dispositionez quartane significat. ¶ Item vrina crocea & spissa subnigra & est fetida & spumosa significat ictericiam. ¶ Itez vrina rufa vel subrufa inferius habens resolutiones rotundas & albas superius aliquantulū pinguis febrem ethicam significat. ¶ Urina in fundo vasis vsqꝫ ad medietatez clara postea nō spissa & tenuis grauedinez pectoris significat. ¶ Itē vrina spumosa & clara & quasi subrubea dolorez in dextro latere maiorem ꝙ in sinistro significat. Si vrina spumosa & alba sit maiorem dolorez significat in sinistro latere: frigidius est eni sinistrū latus ꝙ dextrum. Si circulus vrine nullo in gescente tremulus apparuerit: de cursum flegmatis & aliorum humorum a capite per collum & p posteriora ad inferiora significat. ¶ Itez vrina te-

nuis ⁊ pallida ⁊ clara acetosum flegma significat. ¶ Item vrina spissa plumbea circa mediaz regionem nigra paralisim significat. ¶ Itē vrina spissa ⁊ lactea ⁊ pauca ⁊ crassa iferius cū squamis lapidem significat vel ostendit: si vrina sine squamis spissa ⁊ lactea pauca fuerit fluxum ventris significat. ¶ Item vrina spissa ⁊ lactea ⁊ multa guttam in superioribus partibus vel membris corporis significat. ¶ Item vrina inferius pallida in viris dolorem renum significat: in mulieribus vitium matricis significat. ¶ Item vrina in qua frustra apparent si pauca sit ⁊ turbulosa vene rupturā circa renes ⁊ vesicā significat. ¶ Itē vrina in qua sanies apparet in fundo vasis contigua renum ⁊ vesice putredinē vel aposte.nata significat. Et si in tota vrina sanies apparet totiꝰ corporis putredinem significat. ¶ Item vrina i qua frustra apparēt parua ⁊ lata vesice excoriationem significat. ¶ Item vrina atomosa p multum tempus lapidez in renibus significat. ¶ Itē vrina alba sine febre in viris ⁊ mulieribus aliqñ dolorem renum aliquando impregnationem significat mulieris. ¶ Item vrina pregnantium si vnum mensez duos vel tres habuerit debet multum clara ⁊ alba esse ⁊ ypostasim debet habere in fundo. Si vͦ quatuor habuerit menses vrina tunc debꝫ esse serena ⁊ ypostasis alba ⁊ grossa in fundo.



Olet imago in vase vrinalis tāq̄ in speculo apparere si vrina sit mulieris conceptionem factam significat. Et si imago iudicantis apparuerit in vrina patientis febres interpellatas vel epaticam egritudinem prolixitatem morbi significat. ¶ Item vrina spumosa ventositatem stomachi in mulieribus vel ardorem ab vmbilico vsqꝫ guttur ⁊ sitim significat. ¶ Item vrina virginis quasi subcitrina debꝫ eē. vnde vrina liuida ⁊ nimis serena virginez declarat esse constantem. ¶ Urina turbida in qua semen apparuerit in fundo vasis mulierem iacentem cum viro significat. ¶ Urina mulieris densa eam esse corruptaz tunc declarat: predicta vrina saltem turbida in qua semen apparet in fundo vasis. Si vͦ vrina talis fuerit in viro recenter eum cum muliere coisse tūc declarat. Si vrina turbida velut subiugariū habuerit vulue matricis dolorem significat. ¶ Urina multum nigra mulieribus superueniens: si mota aliquantulum ruborem habuerit solutionem menstruorū significat.

¶ De modo iudicandi vrinas.



Odus iudicandi vrinas est. Consideratis omnibus que a medico debent considerari sic procedendum est. ¶ Primo videndum est de coloribus. ¶ Secundo de substātia. ¶ Tertio de contentis ⁊ sic poteris cognoscere quis humor dominatur in corpore humano.

Si igitur vrina apparuerit tenuis ⁊ alba melancolia dominatur.

Si vͦ apparuerit alba ⁊ spissa significat flegma dominari.

Si aūt appuerit spissa ⁊ rubea sanguis dn̄atur.

Si vͦ rubea ⁊ tenuis colera dicitur dominari.

Et nota super eadem.

Et nota q̄ sanguis in anteriori pte capitis dn̄at.

Colera in dextra parte capitis.

Flegma in posteriori parte.

Melancolia in sinistra pte capitis dicit dn̄ari.

Circulus rubeus in anteriori parte capitis dolorem significat.

Circulus albꝰ in posteriori pte dolorē significat

Circulus niger in sinistra parte ipsiꝰ capitis dolorem vt factum est manifeste demonstrat. ẜm p̄dictum modum de iudicijs ⁊ demonstrationibꝰ vrinarum sufficiat.

Due vene retro aures ex vtra
qz parte v lent ad bonam me
moriam z ad mundificandum
vultuz a pustulis z côtra oēs
alias maculas faciei.

Vena ...
dolorem maxillarum z contra
pruritum z fetorem narium z
dolores faciei z cō ra dolores
z pustulas pectoris.

Vena sub vtraqz parte asel
le incisa facit hominem ridē
tem mori z talis vena balse
tes vel balsetes appellatur.
Omnes vene brachiorum
sunt ante comestionem mi
nuende.


Vena trāsiens a sinistro z cur
uo mō in ambobus brachijs
debet incidi contra dolores
pectoris z pulmonis. Et inci
sio ipsius valet etiaz illis qui
grauiter anhelitu z attrahūt
z spiraminis grauamen ha
bētibus.

Vena in ambobus lateribus
corporis debet incidi contra
pustulas antiquas z contra in
firmitatem frigidam z lienter
riam et quando homo non
potest habere digestionem

Vena basilica z epatica solet
aperiri pro passione epatis z
splenis aut perfectius edoce
tur circa manum sinistram.

Vena pulsatilis incisa incar
diaca passione multum pro
fert.

Vētose posite sub renibus va
lent apostematibz cotarū sca
bici podagre z ventositate ve
sice z pleuresi.



Vena sub preputio valz
cōtra ydropisim z cōtra
oēs corporis tumores.

Due vene de coxis z due de ti
biis z vnaquoqz in vtroqz pe
de valet cōtra dolorē coxarū z
tibiarum z crurium vtriusqz pe
dis aut si infirmitas euenit ex ve
sica artetica podagra sciatica
ydropisi valet etiā contra ner
uorum constrictiones z tumo
rem z menstruorum subtracti
onem.

Vena in vtroqz pede supra
pedicam maiorem valet cōtra
obtalmiam z contra faciei pu
stulas z menstruorum reten
tiones z contra conceptionez
z contra pustulas crurium.

Due vene interiores sub
talis in vtroqz pede valz
contra arenā z calculuz z
valēt mulieribz postpartū
nō bene purgatis valet ēt
illis que nō sūt bñ disposi
te ad recipiendū semen et
etiaz mulieribus qui ius
suum non habent.

Due vene inferiores iux
ta preputium valent tu
mefactionibus testiculorū
z dolori renum z icteris
vinis.

Vena supra preputium va
let contra tumores z infla
tiones testiculorum z cō
tra omnia vicia vesice ex
arena calculo z cōtra alia
mala.

Vene saluatelle in dextra par
te corporis valent cōtra icter
tiā. V. Dat saluatella mihi plu
rima dona minuta. Innatura
lem tollit de corde calorem.
Purgat epar splenem pectus
precordia vocem.

a

Uena in medio frontis percussa valet cōtra apostemata oculorū: ꝛ ꝯtra emigraneā: ꝛ cōtra dolores capitis grauissimos: ꝛ ꝯtra mētis alienationē: ꝛ cōtra frenesim ꝛ cōtra nouaꝫ lepꝛam.

b

Due vene in collo inciduntur propter humores ꝛ reuma capitis. Nota omnes vene capitis post comestionem sunt minuende excepta vena sub mento.

c

Uena iuxta nares incisa purgat caput ꝛ iuuat auditum.

d

Due vene in faucibus oris quelibet valet cōtra pustulas faciei: ꝛ contra scabiem capitis: ꝛ cōtra dolorem dentium ꝛ mandibularum. Et ēt valet cōtra grauedinem capitis gutturis ꝛ oris.

e

Uena labiorum contra apostemata in ore existētia ꝛ etiam in gingiuis ꝛ etiam in carne qua radicantur dentes.

f

Uena in summitate nasi valet contra grauedinē capitis: ꝛ nimium fluxum oculorum.

g

Due vene sub lingua valent ambe contra dolores dentium ꝛ gingiuarum: ꝛ contra reuma capitis: ꝛ contra apostemata gutturis: ꝛ cōtra squināntiam: ꝛ contra omnia vitia oris.

h

Uena cephalica capitis pērcussionibus incidiꝛ: ipsius capitis vt melius ex alio latere in manu sinistra in principio. Item omnes vene manuum sunt post comestionem minuēde.

i

Uena cordiaca cordis seu coralis hoc est vena mediana inciditur pro passionibus spūum ꝛ plenius in manu sinistra valor eius declaratur.

k

Uena purpurea cōtra passiōes minuiꝛ interioꝝ.

l

Uena iliaca ꝛ titillaris aperitur pro passionibus inferiorum.

m

Saluatella in dextra manu minuenda est quando peccat sanguis in qualitate vel in quantitate vel in vtroqꝫ qꝛ epar est in dextro latere. matrix aūt splen ꝛ renes ad sinistrū latus declinant.

n

Uena in poplicibus incisa facit hominem incessanter incedere. Itē omnes vene crurium ac pedum post cōmestionem sunt minuende.

o

Uena sub vtroqꝫ genu valet contra apostemata ꝛ dolores renum ꝛ lumborum coxarū ꝛ vesice: ꝛ arteticas precisiones mirabiliter curat.

p

Uena gibbo incisa purgat melancoliam ꝛ confortat renes.

q

Uenas veniens ad pollicem incisa valet idropisis ꝛ inflatis: ꝛ etiā cōtra ventositatem.

r

Due vene secte in vtraqꝫ parte coniuncte pudibundis valent contra omnia vitia verendorum: strangurie ꝛ lienterie passiones: ꝛ vesice ꝛ testiculorum dolores.

s

Uena in vtroqꝫ pede supra pedicam maioreꝫ valet contra obtalmiam: ꝛ contra faciei pustulas: ꝛ menstruorum retentiones ꝛ contra conceptionē ꝛ contra pustulas crurium.

t

Uena super minimam pedicam incisa valet iñ vtroqꝫ pede ad coleram.

u

Uena inter pollicem ꝛ indicem in vtraqꝫ manu valet contra dolorem capitis: ꝛ contra dolorem oculoruꝫ: cōtra febres: ꝛ contra fellis effusionē: contra obtalmiam: ꝛ contra ruborem ꝛ fluxum oculorum.

x

Due vene exteriores saphene sub tales i vtroqꝫ pede fleubotomia contra dolores Auchaium: ꝛ contra inflationes ꝛ apostemata testiculorum.

y

Uena in vtraqꝫ manu supra minimum digitum valet contra icteritiaꝫ: ꝛ contra omnia vicia splenis. Et contra frenesim ꝛ quācūqꝫ febrem.

z

Uena epatica habet initium a stomacho: a corde: a iecore ꝛ ē posita vel locata ad extremaꝫ partem brachij ꝛ si non bene incidunt predictum locum facit tumescere ꝛ etiaꝫ ex hoc generanꝛ apostemata ꝛ spasmus in brachijs ꝛ digitis ꝛ etiā stomachi ꝛ splenis ꝛ etiam contra fluxum sanguis de naribus ꝛ etiam contra punctiones seu stimilationes lateris. Et incisio ipsius precipue ꝛ pricipaliter debet fieri in nonis maij hoc est sequenti die post festum sancti Joannis crisostomi.

ꝛ

Uena mediana capit initium suum a pulmone. Et est in medio brachij posita vbi non est mus. Et si non bene incisa fuerit dat spissum sanguinē Et si bene inciditur valet cōtra omnes dolores

membrorum cordis stomachi costarum ꝛ lateꝝ. Et etiam si non bene incisa fuerit saniem plurimam ꝛ pessimaʒ mitteret: ꝛ vulnera famosa: ꝛ ad perniciem hominem deducit: ꝛ precipue: ꝛ principaliter incisio vene predicte debet fieri nonis septembris hoc est circa festum Natiuitatis beate virginis Marie.

z

Uena Cephalica a capite habet principium ꝛ ꝑ illam venam transit alia vena que mus nuncupatur que aliquando inciditur loco cephalice ꝑ negligentiam: ꝛ talis incisio importat tumositatem ꝛ propinquam mortem. Sed incisio vene cephalice valet contra fluxum oculorum: ꝛ contra omnes dolores capitis: ꝛ etiam incisio vene predicte valet contra caducum morbum: ꝛ incisio ipsius bona est sequenti die post festum sancti Ambrosij seu in nonis Aprilis.

ꝶ

Due vene in occipite ex vtraqʒ parte valent cōtra querelam capitis inani: ꝛ stuporem mentis: ꝛ amissionem rationis.

aa

Uena in concauitate auriū ex vtraqʒ parte valet contra tremorem capitis: ꝛ contra tinnitum aurium: etiam valet contra nouellam surditatem.

bb

Due vene in timporibus valent contra doloreʒ aurium: nimiam effusionem lachrymarū de oculis: ꝛ contra emigraneam: ꝛ ſm Auicennam nō debent minui in quibus requiritur potentia generandi: qꝛ per istas venas euacuatur spūs qui a natura missi sunt ad fetum generandum.

cc

Uena in angulis oculorum in quelibet parte valet ad clarificandum visum: ꝛ contra omnes fluxus. ꝛ maculas oculorum: ꝛ maxime albulaʒ ꝛ nebulam: ꝛ palpebre inuersionem.

¶ Ista tabula tractāt de iudicijs venaꝝ ꝛ de minutionibus earūdem vna cum cautelis.



Minutio alia per metatesim: alia per antifrasim. ꝛ si sit inueterata passio fiat minutio ꝑ metatesim. Si vō recens per antifrasim. per metatesim dʒ fieri quādo ex cadē pte i qua ē egritudo extrahitur sanguis. per antifrasim fit quādo ex cōtraria pte fit minutio seu fleubotomia qō est idē. Cōsiderādū. n. est an materia fuerit furiosa vt in antrace ꝑ metatesiʒ: tūc dʒ fieri minutio. Silr̄ si quis punctus fuerit ab aīali venenosō ꝑ metatesim minuat̄. Sed qꝛ iuuenes humidāt calidis humorib⁹: in horū calidorū humorū cā debēt fleubotomari. Cū igitur sanguis humidet ante tertiā ꝛ colera inter tertiā ꝛ nonam ꝛ ipsi iuuenes in his horis debent fleubotomari. Si. n. humides frigidis humorib⁹ ꝛ maxime melācolia in hora melācolie. i. post nonam. preterea vt ait Galienus in tegni. Si quis hʒ stomachū debilē cauere dʒ fleubotomiam ꝛ maxīe de venis que sūt iplicatiuis brachiorum. Et nota ꝙ luna nō sit in medio geminorū quando minuit̄ de ipsis venis implicatis ipsorū brachiorū neqʒ ēt super spatulas vētose debēt apponi. Et si sanguis exierit niger tollat̄ vsqʒ sit rubicundus. Si spissus vsqʒ sit rubicūdus: ꝛ vsqʒ ad tenuitatē. si aquosus vsqʒ ad grossiciem. Et si sāguis nō pōt exire: clauso. n. fleubotomie vulnere cū digito postea subito cū maiore ipetu exit sanguis ꝛ fumosus. Cautela alia.



In fleubotomia quatuor pōt attēdi scʒ tps cōsuetudo etas ꝛ virtus. in tpe calidissimo non debet fieri fleubotomia: qꝛ hūores sūt pturbati: ꝛ sic exirēt ita cito boni sicut mali. nec i tpe frigidissimo qꝛ humores sunt cōpacti in corpe ꝛ difficiles ad educēdū ꝛ citius exirēt boni ꝙ mali. In noua vō luna nō dʒ fieri fleubotomia: qꝛ corpora sunt ab humorib⁹ euacuata sed ꝑ fleubotomiam magis euacuarent̄. Cōsuetudo dʒ attendi. si senex non cōsueuit fleubotomari nō minuat ꝛ ꝑpter cōsuetudinē ꝛ debilitatē. Etas ēt est attendēda quoniam ante duodecim annos nullus debʒ fleubotomiari neqʒ senex senio cōstitutus. Tamē sūt quidam fontes ꝛ vigorosi ꝛ tales possunt magis minui: virtus. n. cōsiderat̄ maxime: fortes. n. minui debēt: debiles vō non: vñ virtus ꝛ etas magis attendunt̄ ꝙ tempus ꝛ consuetudo.

¶ Ista conueniunt fleubotomiato.

FLeubotomiato ista cõueniũt. panis fermentatus bene coctus triticus vinũ leue qḋ stomachũ nõ grauat oua sorbilia pisces al pratiles ⁊ carnes porcie ouine arietie pulline. Juuenũ bestiarũ parua poma que tũc repe riunt: caules non comedant: q͛ generãt venenũ in stomacho neq̃ caseũ nec aliqua que de eo cocta sũt. Ait nãq̃ Galien⁹ Jpocra. anpho. lxiiij. pticule qnte. lac dare febricitãtib⁹ vel caput dolentibus pessimũ est: ipsa die somnũ vitet. Nã p somnũ solet quedã pua accensio febriũ accẽdi ⁊ lippothemiã incurrere. i. defectũ cordis vel tenebrositatẽ oculorũ vt quibusdã extasim pariat.

¶ Utilitas fleubotomie.

FLeubotomia eni mentẽ sincerat: prebz memoriã: sẽsuz subtiliat: vocẽ subtiliãdo clarificat: lumẽ acuit: auditũ tẽpat: digestionẽ ꝓuocat: stomachũ adiuuat: sanguinẽ malũ expellit: naturã cõfortat. Et cum ipsa malos humores extirpat. Et lõgi⁹ vite sanitatẽ ãministrat. vnde ait Auicenna quarta primi capi. xx. in pricipio. Fleubotomia est vniuersalis euacuatio oium humorũ: laborans ex sinotho. i. ex nimio sanguine vel ex sinothio. i. ex sanguie putrefacto statim minuat omni tpe cõi nisi ꝙ luna fuerit in medio signo geminoruz. Dicit aũt a sinos qḋ est febris ⁊ nocha qḋ est sanguis versus. Sinocha de multo: sed sinochus putrefacto.



Aborãs effimera cõtra sinothã inflatã minu[illegible] de vena madiana ⁊ de vena cordiaca dextri brachij i estate. sinistri vo in hyeme. ¶ Effimera eni ẽ febris que durat p vnũ diẽ vel parũ plus vel parũ minus ¶ Laborãs effimera ex cã calida vel ieiunio minuat de vena capitis vtriusq̃ brachij. ¶ Laborãs effimera ex ieiunio ⁊ frigiditate caueat minutionẽ. ¶ Laborãs ex frenesi minuat de vena capitis vel de vena in medio frõtis. ¶ Laborans effimera ex debilitate minuat cũ setis porcinis ḋ naribus suis. ¶ Laborans effimera ex litargia minuat iter mediũ ⁊ auriculare. ¶ Laborans ex squinãtia minuat de cephalica vtriusq̃ brachij. ¶ Laborãs effimera ex apostemate minuat ḋ vena veniẽte ad auricularẽ digitũ. ¶ Laborãs effimera ex pleuresi minuat de vena cordis p metatesiz hoc ẽ si pleuresis fit i sinistro latere fiat minutio i sinistro brachio. Et si pleuresis i dextro fuerit brachio seu latere: tũc fiat miutio i dextro latere vl̕ brachio. ¶ Laborãs ex quotidiana iterpellata minuat de vena mediana. i. de vena cordis. ¶ Laborãs ex quotidiana iterpellata minuat de vena mediana. ¶ Laborans ex quotidiana ex vtroq̃ flegmate minuat ḋ vena dextri brachij i estate. sinistri vo i hyeme. ¶ Laborãs ex flegmate salso cũ pruritu fiat scarificatio in tibijs. ¶ Laborãs ex tertiana minuat de basilica. i. de vena epatis dextri brachij in estate. sinistri aũt in hyeme. ¶ Laborãs ex quartana minuat de saluatella sinistre manus inter mediũ ⁊ auricularem. ¶ Laborãs ex quacũq̃ acuta minuat de basilica vsq̃ ad quartũ diẽ. ¶ Laborãs ex febre ethica minuat de mediana. i. de cordiaca. ¶ Laborãs ex ydropisi quacũq̃ minuat de vena epatis dextri brachij in estate. sinistri autem in hyeme. ¶ Laborãs ex ictericia de basilica vtriusq̃ brachij in estate ⁊ in hyeme. ¶ Laborãs ex melãcolia inania ⁊ frenesi minuat de vena que ẽ in medio frõtis. ¶ Laborãs ex epatis calefactiõe minuat de basilica dextri brachij. ¶ Laborans ex vitio splenis minuat de saluatella sinistre man⁹. ¶ Laborãs ex vitio renũ matricis ⁊ vesice minuat de saphena interiori. i. de vena que ẽ sub talo interiori vtriusq̃ pedis. ¶ Laborãs ex vẽtositate ⁊ iflatiõe incidat vena que dirigit ad pollicẽ vtriusq̃ pedis. ¶ Laborãs ex ptibus inferioribus minuat de saphena interiori ⁊ exteriori pedis. ¶ Laborans ex sciatica minuat de saphena exteriori pedis partis dolẽtis. ¶ Laborãs ex podagra minuat de saphena ⁊ de basilica interiori ⁊ exteriori vtriusq̃ pedis.

¶ Remedium.

¶ Contra inflationẽ venaꝝ post minutionẽ. ℞. Rutam absinthiũ ⁊ ordeũ hoc totũ contunde: ⁊ in patella calida cõfice ex illis ad moduz emplastri ⁊ liga super tumorem ⁊ sanabitur.

¶ Aliud remedium.

¶ Contra debilitatẽ venarũ cum homo senserit ꝙ ẽ piger ⁊ grauis i toto corpore ⁊ plen⁹ doloribus antẽ ⁊ retro in capite suo talis minuat sãguinẽ ḋ vena epatica q͛ mirabiliter p hoc curabit. Sup isto dicit Galien⁹ q͛ generat humores pessimos in sanguine illo: intrisecus sanies ⁊ vlcera magna generantur ⁊ oriunt si cito minutio non occurrat p venas naturales. Et quasi eedem vene naturales nõ recuperant q͛ sũt debilitate per naturã immũdã hois sine imminutione q͛ sunt obstructe sanguine malo. Jdeo aperiri debent al̕s dẽstruerent: sicut aurum ꝙ diu sepelitur ⁊ calidat in igne. Tal̕r ẽt hõ destruit si sibi minutiõe mediãte nõ succurat vel alijs medicinis. Jtẽ dicit Jpocras amph o. prima ꝙ hõ nimis lãguoribus debilitatus p minutionẽ sanabit ⁊ dissoluit.



I igit tps bonũ fleubotominãdi bz electionẽ ⁊ nõ necessitatẽ quãtuz ad locũ lune ⁊ nõ aliarũ planetaruz qḋ tamẽ est necessariũ p tpe multo bo-

no ꝛ laudabili optas scire. Nota primo regulas generales. Prima i tépoꝛe nouilunij ꝛ plenilunij nõ valet fleubotomia. Et si luna tũc fuerit in bono signo. itẽ incidere mẽbꝛũ cũ ferro luna existẽte in signo illud mẽbꝛũ respiciẽte hoꝛrẽdũ ẽ. itẽ luna existẽte in signis aeris vel igneis plꝰ valet opatio vene ꝙ ipsa existẽte in signis terrenis vel aquaticis. Quapꝛopter iuuenes vl' viri in augmẽto lune sũt fleubotominãdi. senes vͦo in defectu. versus. Luna vetꝰ veteres: iuuenes noua luna requirit. itẽ tpe veris ꝛ estatis fleubotomia fieri debẽt de pte dextra. Tpe aũt autũni ꝛ hyemis de parte sinistra. versus. Ver estas dextras autũni hyemis quoqꝫ sinistras. Incidũt venas moꝛboso saguine plenas. In se vel iuuene si sint vene sanguinee plene. Oi mẽse bene confert incisio vene.

Um igiẗ quãtũ ad signũ lune tps minutiõis scire volueris tunc ꝑdicta videas quãdo luna fuerit in signo bono ꝛ valẽte ꝑ minutiõe tũc ipso die minutio erit bona. Stãte illo ꝙ eodẽ die nec sit nouilunium nec plenilũiũ: ꝛ sic de alijs regulis ꝓut dictuꝫ ẽ obseruatis. Et si potes aspectũ lune ad alios planetas ꝛ ascendẽtia cõseruare bonũ erit. Nã stat ꝙ luna sit in bono signo sed foꝛte coniuncta vel aspecta aspectu malo a saturno vel a marte. Et si qdẽ ex pte signi lune valet apertio vene. tamen pꝛopter cõiũctionẽ vel aspectũ non valet. Si tamẽ hec oĩa haberi nõ possũt hẽatur tamẽ luna in signo bono ꝛ satis ad pꝛesens erit: ꝑ tpe electionis: ꝛ iste sunt regule astronomicales.

¶ Medicinales vͦo sunt alie multũ necessarie ꝙ alibi videri debẽt: obseruenẗ tamẽ iste. Primo ꝙ aer illius diei sit clarus tempatus: nõ multum frigidus aut calidꝰ: nõ turbidus aut pluuiosus: aut coꝛruptus. versus. Iun feb apꝛil maij noueꝫ sep atqꝫ decẽber. versus. Ois minue venã lunã dum videris aptam. In his festis cõmuniter celebꝛatur fleubotomia.

¶ Item alij versus. Martini Blasij Philippi Bartholomei. Venas precidãt vt longo tpe viuãt. In his metris cõtinenẗ festa circa que festa pꝛopꝛie ꝯtingit fieri cõiter fleubotomia. Nõ ꝙ semper valeat in illis festis sed ꝑpe illa festa.

¶ De iudicio cruoꝛis.

D iudicãdũ cruoꝛẽ de vena ãmissum. pꝛimo si ẽ spissus male se hꝫ circa pectus. Si flaueꝰ male circa splen. Si glaucus male habẽs circa iecur. Si aũt durus ꝛ niger nimis timuisti. Si ẽ rufus habẽs nigrũ circulũ ẽ cã debilitatis capitis. Si aũt est rufus niger durus ꝛ coagulatus time paralisim. Si ãt ẽ niger ꝛ aquosus nimis time febꝛes quartanas. Quãdo eni est aqua inferius ꝛ aqua superius tũc ydꝛopisim. Cũ aũt ẽ cruoꝛ valde rufus ꝛ parum aque habens superius hilarem vultuꝫ facit: ꝛ est signum sanitatis.

Versiculos nota quibus cernes experimenta.
Sanguinis emissi de venis oꝛdine tali.
Si cruoꝛ est albus hominis quasi spuma reptus
Tussim designat: pulmoni doloꝛqꝫ paratur.
Et si ceruleus sanguis fuerit speculatus:
Est de feruoꝛe: tunc doloꝛ in iecoꝛe.
Sanguis pꝛeterea ꝛ nare videtur in vnda:
Fisicus hunc hominem pati dicit lapidem.
Si siccus sanguis fuerit varijqꝫ coloꝛis:
Et velut collum columbi sit rubensqꝫ:
Talem paralisis vexat vbiqꝫ satis.
Si sanguis pure pellis dinoscitur esse:
Inter cutanea pestis ibi tunc dominatur.
Si natitant globuli tunc fiant vulnera causam.
Si rufus pulcher sit ꝛ vnda parũper.
Est talis sanus non tibi sit iste dubius.

¶ Debet aũt minutus sibi cauere maxime in pꝛimis tribus diebus a supfluo cibo ꝛ potu aut foꝛti exercitio. i. laboꝛe ꝛ supfluo sõno maxime in pꝛima die: tristiciaqꝫ: ꝛ sollicitudine: hec. n. sanguinẽ coꝛrũpunt ꝛ in genus melãcolie conuertunt. Quartoqꝫ die vel qnto postꝙ vultus solidatum fuerit. balneũ itrare ꝛ tempate ibidẽ manere iuuatiuũ est: fiat aũt ipso die existẽte in balneo moderata ꝛ suauis fricatio circa coꝛpꝰ: exiens aũt a balneo cauet sibi a frigoꝛe: imo opꝫ vt inuolutus sudario ꝛ sufficiẽtibus operimẽtis vestitus maneat in domo tẽperati aeris. Versus.

Prima dies vene gaudet moderamine cene.
Altera leta dies: tertia vͦo quies.
Postqꝫ dies quartus cunctos extermiat actus.
Pincqꝫ dies quintus virtutes colliget intus.
Balnea sexta petit: sed septima vult spaciari.
Precipit octaua ludere cum domina cara.

¶ Sequitur de duodecim signis zodiaci: ꝛ pꝛimo de ariete.

¶ Luna existente in ariete bonũ ẽ sanguineꝫ minuere de bꝛachijs. balneũ intrare. scribere icipere. Fenũ falcare. Ad mercandũ ire. foramen cemẽti incẽdere. Et oĩa qcũqꝫ igne fiũt bonũ est opari: malũ est medicari. Turriꝫ ꝛ castrũ vel domum edificare icipe: nõ ẽ bonũ sanguinẽ de manibus minuere nec ventosas ponere debes.

Taurus.

¶ Luna existẽte in tauro bonũ ẽ sanguinẽ minuere: hoꝛtos facere: semiare vineas: ꝛ arboꝛes plãtare. Nã cito crescũt ꝛ multũ durabũt: bonũ est

mãsiões edificare: vxorẽ ducẽ: ⁊ oĩa lignea opa incipe: bonũ ẽ terras emere sicut agros ⁊ hmõi: ⁊ arare incipere: malum est medicare collũ: oculos: guttur: ⁊ vngulas.

Gemini.

¶ Luna existẽte in geminib⁹ bonũ ẽ icipere ea q̃ pertinẽt ad duo scʒ ad matrimoniũ: ad societatẽ: de amicitia tractare: bonũ stabilia facere. Incipere plãtare. Ire añ iudices: malũ ẽ medicare i humeris: scapul: brachijs: vlnis: ⁊ manibus: seu vngues de manib⁹ incidere. Itẽ icipe minuere de brachijs: bonum tamen potionem sumere.

Cancer.

¶ Luna existẽte in cãcro bonũ est sanguinẽ minuere ⁊ medicinã sumere: ⁊ facere ea q̃ cuʒ aqua fiunt vt sunt: molẽdia: piscine: ⁊ aq̃ductus: intrare nauẽ: iter accipe: nouã domũ itrare: ⁊ mutare d vna domo in aliã: ⁊ vxorẽ ducẽ: ⁊ bestias minutas emere: vt porcos: oues: capras: ⁊ ꝯsilia. Malum est medicari pectus: pulmonem: ⁊ splenẽ. ⁊ domum edificare.

Leo.

¶ Luna existente in leone bonũ ẽ icipere ea que cum igne fiunt: fũdare castra: domũ intrare: loq potestatib⁹ seu principibus: cõfirmare matrimoniũ. malũ ẽ medicari stomachũ: Cor: ⁊ pect⁹: latera: potionem ⁊ medicinã sumere. Malũ est ẽt medicari Epar ⁊ omnia interiora iter lõgũ icipe nouã vestẽ induere.

Uirgo.

¶ Luna existẽte in virgine bonũ seminare: ⁊ colere trã: ⁊ plãtare vineas: ⁊ arbores: ⁊ hortos facere: scribere incipe: ⁊ oĩa operari que uis gemiari: tractare pacẽ: induere nouã vestẽ. malũ ẽ medicari ventrẽ ⁊ oĩa iteriora vẽtris. malũ etiaʒ est vxorem ducere q: sterilis erit aut paucos filios generabit: locuʒ mutare: ⁊ facere ea que cũ igne fiunt. sed medicinã sumere multũ laudabile est.

Libra.

¶ Luna existente in libra bonũ est sanguineʒ minuere: rõneʒ ponere. Emere vendere põderare oĩa que sunt põderabilia. malũ est medicari interiora ventris. Renes ⁊ vesicã ⁊ ea que sunt vsqʒ ad pudibũda: ⁊ oĩa icipe facere que cũ terra fiũt.

Scorpius

¶ Luna existẽte in scorpiõe nõ video ꝙ sit aliqd bonũ facere: q: tũc ẽ in suo casu ⁊ ifortunio. Iõ ipsa debilitat ⁊ impedit in bonis operatiõib⁹ tamẽ bonũ est balneari ⁊ ea facere que cum aqua ⁊ de aqua fiũt. Malũ ẽ medicari membra virilia vt preputiũ: anũ: vel aliqñ vulneratũ: arboreʒ ⁊ mõtẽ ascẽdere. Iter facere ⁊ precipue per terraʒ vel per nauim.

Sagittarius.

¶ Luna existẽte in sagittario bonũ est sanguinẽ minuere: balnea itrare: caput radere: capillos ꝓcingere: discordes recõciliare: copulationẽ inter amicos facere: societatẽ firmare: puerũ ad arteʒ applicare: matrimoniũ intrare seu ordinare: sed nõ perficere q: sterilis erit vxor in pueris ⁊ superba. bonũ est facere oĩa que ptinẽt ad cõstructõeʒ domoꝝ: trã colere: ⁊ hortos facere: malũ ẽ facere medicari coxas: femora: additiões mẽbroꝝ.

Capricornus.

¶ Luna existẽte in capricorno. bonum est facere ea q̃ cũ terra ⁊ de terra fiunt vt seminare ⁊ vineas plãtare venari aucupari ⁊ oĩa instabilia exercere. Iter incipere versus meridiẽ. malũ est vxorem ducere: ⁊ facere ea que cũ igne fiunt. Non ẽ bonũ minuere: nec potioneʒ sumere: nec in genubus nec in neruis facere medicinaʒ: nec in aqua laborare.

Aquarius.

¶ Luna existẽte in aquario bonũ est vxorẽ ducere intrare domũ. Iter incipere ad orientẽ loqui prelatis ⁊ oĩbus alijs dignitatem habẽtibus. maluʒ est medicare tibias ⁊ cetera vsqʒ ad cauillas pedũ. Iter lõgũ incipe.

Piscis.

¶ Luna existẽte in piscibus bonũ ẽ sumere medicinã ⁊ potionẽ. Et quicqd ptinet ad geminationẽ vt amicitias tractare: rõnẽ ponẽ: vxorẽ dũcere. Et ea facere que ad aquã ptinent vt molẽdina ⁊ aqueductus. Iter p aquas icipe: ⁊ fũdare ecclesias ⁊ alia edificia. malũm est pedes medicari ⁊ omnes partes eorum.

Aries habet caput	
Thaurus collum ⁊ guttur	
Gemini scapulas ⁊ manus	
Cancer pectus ⁊ pulmonem	
Leo stomachum	Hominis
Uirgo epar intestina ⁊ circa ventrem	
Libra renes ancham ⁊ vesicam	
Scorpio secreta nature	
Sagittarius coxas	
Capricornus genua	
Aquarius tibias	
Pisces pedes	

Thaurus	
Uirgo	frigida ⁊ sicca
Capricornus	
Cancer	
Scorpio	frigida ⁊ humida
Pisces	
Aries	
Leo	calida ⁊ sicca
Sagittarius	

Gemini
Libra calida ⁊ humida
Aquarius

¶ Et nota ea que dicta sunt de fleubotomia de xij. signis zodiaci debent intelligi solum ꝫm motum lune: ⁊ non aliorum planetarum quo ad tempus electionis pro sanitate conseruanda: non autem ad tempus necessitatis igitur nec signuz nec horum considerare: q2 indigenti nulla lex est imposita. Indigens igitur aut expectare debet: sed minuere in nomine domini nostri Jesu xpi dum necesse est: ⁊ oportet. versus.
Ar li de vena bene fundunt vena sagitta.
Can ca pis vir media cetera dico mala.

Fleubotominandum est omni tempore si necessitas vrget: ⁊ maxime luna. iij. viij. xj. xiij. xvj. xvij. xxij. xxiij. xxvj. Q2 tunc minutio melior est ꝙ alijs diebus. Item sanguinem minuere vtilissimum ē ab viij. kl'. Julij vsq3 ad. xv. kl'. Augusti: q2 tunc crescit ⁊ augmētatur sanguis. Dies caniculares ītitulatur a. xv. kl'. Augusti. vsq3 ad nonas septembris in quibus non est fleubotominandum: nec potio est accipienda. fleubotomia nō est vtilis ab viij. kl'. octobris vsq3 ad. viij. kl'. decembris vt nociuos humores quos estiuu3 tp̄s cōtraherat: Autumnus deperdat ⁊ sicca colera vsq3 ad sc̄dz autumnum securus eris.

Sanguine3 non minuas nec de anse re comedas: neq3 potionem sumas viij. ⁊ ix. die aprilis ⁊ kl'. Augusti: ⁊ vltima die decembris presertī3 ⁊ vltima die Junij: q2 tunc vene nimis plene sunt. Ideo in hominib9 ⁊ pecudibus fleubotomie incisis vel alijs animalibus vulneratis periculosum est: homo etiam qui in istis diebus natus est vel fuerit: aut morte mala: aut maximo labore peribit.

¶ Item die Januarij vltimo ⁊ Februarij vult primo: homo qui natus fuerit post mortem sua3 nūꝙ putredine soluetur. Et nota ꝙ homines sani de mane habent vrinam albam. Ante prandium rubea3. Post prandiu3 candidam. Et ante cenam calidam. Cauendum est etia3 summe ne aliquis in subnotatis diebus minuat: q2 pericula ex hoc eueniunt infrascripta. Si sexto kalendas Januarij aliquis sanguinem trahit: aut moritur infra annum: aut visus: aut alius sensus ei minuetur: aut febre capietur. Si octauo kalendas februarij: aut mortem: aut spasmu3 cordis: aut paralisim patief. Si pridie kalendas Martij: aut moritur: aut spasmum: aut paralisim: aut febre3 incurrit. etiam si quis quocunq3 die alio a predicto ī martio minuetur ille in augusto febricitabit. Si tertio idus aprilis: aut statim: aut quarto die morietur: aut patietur febrem: aut spasmum. Si tertio vel quinto kalendas Maij: aut moritur aut febres incurrit: aut dissolutionem mentis habebit. Et si primo nonas maij: aut moritur: aut emigraneam patietur. Si tertio idus Junij: aut epilensiam: aut elephantiam incurrit. Si octauo kalēdas Julij: aut moritur: aut in extasi3 vertitur: aut in iecore dolebit. Et si quinto nonarum Julij: aut moritur: aut obliuiosus erit: aut viscera in frigora sustinebit. Si nono kalendas augusti: aut statim: aut quinto die moritur. Et si eodē die potionē sumpsit ante trigesimam die3 morietur. Si tertio kalendas septembris: aut infra annum morietur: aut frenesim patietur: aut visus oculorum eius extinguetur: aut scabiem: aut pruriginem: aut sudorē fetidum sustinebit. Et si tertio nonas ipsius septēbris: aut moritur: aut spasmum habebit. Si duodeci3 kalendas octobris: aut moritur: aut ebetudo sibi occurrit: aut icteritius erit.

¶ Sequitur de duodecim mensibus.
¶ De Januario
In iano claris calidis cibis potiaris
Ne tibi languores sint aptos sume re liquores.
Nec minui cogita: contraria fercu la vita
Balnea sint grata hec potio sit moderata.
¶ Februarius
Gignitur occulta februo febris tibi multa
Si comedis betam necnō aucam vel anetam.
Potio sumatur: in pollice tunc minuatur
Frigida vitentur sed balnea sana vidētur
¶ Marcius.
Marcius reserat humores: gignitq3 dolores
Sume cibum pure coctana si placet vre
Balnea sint assa nec dulcia sint tibi cassa
Uena nec habenda nec potio sit minuenda.
¶ Aprilis.
Se probat in vere vires aprilis habere
Cuncta renascuntur pori tunc aperiuntur
Hincq3 scalpescit corpus sanguis quoq3 crescit
Ergo soluatur venter cruor at minuatur.
¶ Maius.
Maio secure laxari sit tibi cure.
Scindatur vena sed balnea dentur amena.
Cum validis rebus sint balnea seu speciebus
Potibus astricta sit saluia cum benedicta.
¶ Junius.

Qui vult solamen iulio ꝓbet hoc medicamē
Uena non cedat: nec ventrem potio ledat
Somnum compescat: ⁊ balnea cuncta pauescat
At venerem vita sit anetum saluia tuta.

¶ Augustus.

Quisqꝫ sub augusto viuat moderamine iusto
Rare dormitet: frigus coitum quoqꝫ vitet
Nec minui cogita: contraria fercula vita
Potio vitatur: ac lotio nulla paratur.

¶ September.

Fructus maturi septembre sunt valituri
Sed pira cum vino: panis cum lacte caprino
Atqꝫ diuretica potio tibi fertur amica
At venam pandas species cum semine mundas

¶ October.

October vina prestat: valetqꝫ ferina
Necnon ancina caro conuenit ⁊ volucrina
Quantum vis comede: sed non precordia lede
Quāuis sit sana tamen est repletio vana.


¶ Nouember.

Ista nouembre datur tibi regula medo bibat
Si vita queritur mel ⁊ zinziber comedatur
Balnea cum venere tunc nullū constat habere
His vir senescit ydropisis quoqꝫ crescit.

¶ December

Sane sunt mēbris calide res mēse decēbris.
Caulis vitetur: capitalis vena seccetur
A frigore caput tegas vt sanus bene degas.
Ne nimis egrotes cinamoma repuntica potes.

¶ Aries in prima constitutiōe cepit videre: hoc est ꝙ hominis caput habere dicitur.
Taurus: habet collum ⁊ guttur.
Gemini: spatulas vsqꝫ ad manus.
Cancer: pectus ⁊ pulmonem.
Leo: stomachum.
Uirgo: epar ⁊ intestina: ⁊ circa ventrem.
Libra: renes: anchas: ⁊ vesicam.
Scorpius: circa verebunda: ⁊ vasa seminaria.
Sagittarius: coxas.
Capricornus: genua.
Aquarius: tibias.
Pisces autem pedes.
¶ Et ita membra humani corporis per signa sunt perceles tia diuiduntur.
¶ Luna existente in signo membri patientis nullum medicamen facias illi membro.


Aries ē signū mensis martij: Malū ē mederi in capite ⁊ tunc qui in capite percutitur:aut mo ritur:aut remanet lesus.
Taurus est signum mensis aprilis. Malum est mederi oclis collo ⁊ gutturi:ac gargarismū facē
Gemini ē signū mēsis maij. malū ē mederi spatul' brachijs:et manibꝰ:et fleubotom ā
Cācer ē signū mēsis Junij. malū ē mederi pectori. spleni. pulmoni:et oculis
Leo ē signum mēsis Julij: malū ē mederi stomaco:cordi:neruis lumbis ⁊ dorso.
Virgo ē signū mensis augu. malū ē mederi vētri:costis ⁊ diafragmati
Libra ē signū mēsis septēbris. malū ē mederi iferioribus vētris. Sicut femori anchis et pubis et que sūt inferiꝰ ad pudibunda.
Scorpiꝰ ē signū mēsis octobris malū ē mederi virilibꝰ mēbris:sic. testiclis vulue vesice:⁊ ano.
Sagittarius ē signum mensis nouembris:et malum ē mederi coxis:natis et posterioribus.
Capricornꝰ ē signū mēsis decēbris malū ē mederi genibus ⁊ eorum neruis.
Pisces ē signū mēsis februarij. Malū ē medicari pedibꝰ ⁊ neruis eorū ⁊ doloribꝰ podagre:⁊ hijs similibus.
Aquariꝰ ē signū mēsis Januarij. malū ē mederi tibijs ⁊ cruribus.

Litargia
Lephalica
Lasus capillorum
Lamphuargia.
Lorū ī frōte añ ⁊ retro
D nimis calor de hūo-
re de ambulatorio ⁊ de
ventositate que vagan-
tur de loco ad locum.

Vngues mali

Secundina est quedaz
membrana in qua ia-
cet ꝑuer in matrice.

Ictericia. siccitas hu-
mor lepra morphea pa
ralisis et frigida causa
vel calida frigus cōstri-
ctio pororum.



Melancolia
Mania
Frenesis
Menopeya
I i fronte ante et retro
Emptoica.
Empima
Pleuresis
Ptisis
Fluxus reumatis
Fluxus oculorū

Vngues mali

Sequit̄ ordiarie in īfra-
scriptis circulis de cōcep
tiōe quō mulier volens
ꝯcipe se hēre ꝺbeat mu
lier cōcipe volētes vide-
at ne matrix sit hūorosa
nimis nec nimis sicca
nec seuida nec nimis fri
gida seruato ordine mē
struali pregnationis nec
habūdās varijs liquori-
bus vl' albis sȝ sanguine
is ⁊ nec plurimis ⁊ nec
paucis sitqȝ mulier faci-
lis digestionis et ꝯserue
tur corpus intemperie.

Diafragma ē pellicula
diuidens nutritiua a spi
ritualibus

Ictericia siccitas humor
lepra morpha palisis et
frigida cā vel calida fri
gus ꝯstrictio pororuȝ.

Notāda sūt aliq̄ signa ꝯceptiōis ipsius mulieris. primū. n. signuȝ ē q̄ ex parte coitus cognoscit̄. Si. n. mulier qñ fuit in coitu cū viro post coitū frig⁹ sentit ⁊ dolores ī renib⁹ signū ē ꝯceptiōis. Itē si color faciei vltra modū ⁊ scḋȝ morē solitū ē mutat⁹ signū ē ꝯceptōis. Itē si aliqua cibaria ꝯcupiscit sicut terrā vl' carbōes signū ē ꝯceptōis. Itē si vis scire vtr̄ mascul⁹ vl' femia ē ꝯcepta si color faciei ē rube⁹ leuis ⁊ vēter ī dextra pte tūescit ⁊ rotūdat̄ ⁊ lac de mamillis spissū ⁊ bn̄ coctū ⁊ digestū exierit ⁊ si ponat̄ sup aliqḋ corpus bene pollitum ⁊ tersum ⁊ nō diuiditur scḋm partem sed constabit tunc est masculus.

a

¶ Quando mulier dolet vbera. ℞. plātaginem ⁊ contūde bene ⁊ super vbera liga: vel recipe cepe ⁊ pista ⁊ cōcute cum antiqua axungia sed pri⁹ axungiam mitte in aquā vt sal extrahatur ⁊ postea emplastra super mamillam.

b

¶ Si mulier lactans puerum deficit lacte bibat medonē ⁊ cerusiam iuuenē ⁊ principaliter caueat ne bibat vinum: simul excoquat̄ feniculū cū semine suo in iuueni ceruisia ⁊ suaui ⁊ bibat illud ⁊ comedat ēt illud semen feniculi ⁊ abundabit in lacte copiose. Sera. Coli. Ysaac. Haly. Plynius li. ij. caplo. iij. Itē accipiat pulegiū ⁊ misce cū vino ⁊ da bibere nutrienti pueruȝ omni die ⁊ hēbit lac copiose. Macer. Itē mēta de mane comesta prodest mulieribus pueros lactātibus.

c

¶ Ad expellēdū fetū de muliere nouiter ꝯceptū ℞. castoreū ⁊ coque in vino vel in braxina ⁊ bibe mane ⁊ sero ⁊ exiet si erit masculus. Si aūt femella fuerit nullo mō̄ expelles eam.

d

¶ Contra hoc quādo secūdina post partuȝ non educit̄ tunc pulueriza lapidē qui agates appellatur ⁊ da in potu. Item fac subfumigationē cum pennis gallinarum ⁊ fac eam desuper sedere ꝙ ad se recipiat fumum ⁊ curabitur. Item semen plantaginis post partum mulier bibat in potu assidue ⁊ deducit secundinam.

e

¶ De conceptiōe Embrionis primo mense fit coagulatio sanguinis: scōo expressio corporis: tertio mense fit cōnexio corporis ⁊ anime: quarto accipit vngulas: quinto accipit similitudinē patris vel matris: sexto facit neruorum cōtractionē: septimo medulla cōsolidat̄: octauo ossa ⁊ nerui cōfirmant̄: nono naturā mouet ⁊ īfans oium reruȝ beneficijs implet̄ ex tenebris ad lucē veniet.

f

¶ Ad libidinē excitandū. Accipe succi verbene duos ciatos ⁊ grana piperis. xij. ⁊ fel hircinuȝ vl' alterius animalis quantū tibi videt̄ hec tria cuȝ melle simul cōmisce vt sumi possit ⁊ serua ⁊ cum opus fuerit da cum vino bibere. Item renes cerui decoquantur cum vino bono ⁊ bibe quādo volueris ⁊ videbis mirabilia.

g

¶ De exitu fetus in quo mēse habeat bene suuȝ exitū vel egressum. Si eni in octauo mēse habet egressuȝ sic raro viuit. cā huius ē ois fetus naturaliter tendit ad ortū in septimo mense: si tūc in octauo qescit a labore quē habuit in septimo. Si vo in nono mēse erit sanus ⁊: qꝛ qeuit a loboribus vt dixi: ȝ si statiȝ in octauo exierit non viuit. Rō qꝛ debilitat⁹ ē ꝑ laborē septimi mēsis ⁊ nō qeuit.

h

¶ Per quē modū puer exit de vtero nota: quibusdā. n. mulieribus plus accidit dolor: qbusdā minus accidit ꝙ fetus aliquādo ꝓtēdit manū vl' pedē in egrediēdo: ⁊ hec oia nociua sūt: ⁊ sic tunc obstetrices diligēter intrudūt fetū: ⁊ ex isto maximus dolor generat̄ per quē plures mulieres nisi sint valde fortes debilitāt̄ vsqȝ ad mortē: sic tūc mulieres bene ⁊ expte in hoc ope debēt haberi: qꝛ quedā obstetrices vtunt̄ quodā vnguēto quo vngūt vuluā mulieris: si tūc fetus exit liber. ⁊ scias: qꝛ fetus naturaliter caput protendit in exitu ⁊ hoc valet.

i

¶ Ad mēstrua ꝓuocāda viola cū myrrha ponatur in vno vase ⁊ repletū vas aqua pluuiali ponatur ad buliendū: sed vas ita obstrue ꝙ fumus nō possit exire sicqȝ coquat̄ cōtinue per septē horas ⁊ excipe ollā de igne: ⁊ mulier recipiat fumū seu vaporē per inferiora quāto calidius sustiere potest hoc medicamē facit ēt ad eas q̄ nūꝗ̄ habuerūt menstrua. Accipe absinthiū: ⁊ rutam ⁊ decoq̄ in vino: ⁊ adde quinqȝ grana piperis ⁊ bibat.

k

¶ Cōtra nimiū fluxū mēstrui Cortex Juniperi tritus cū vino vel aceto: ⁊ fructus eius appositus vel comestus cōpescit mēstruū. Itē lac asine sumat̄ cū melle ⁊ felle leporis vel ēt lac asine cū ysopo sumptū decoctū cōpescit mēstruū. Itē cinerē rane viridis in sacculo secū portet: ⁊ nihil amittit de sanguine hic. Et si volueris ꝓbare liga puluerē ꝑdictū ad collū galline: ⁊ post vnū diē iterfice eam: ⁊ nō exibit sanguis de ea.

l

¶ De purgatiōe matricis petrosiliū potui ipositū: ⁊ da bibēdū mulieri matricē eius bene purgat: ysaac. haly. vel ēt recipe radiceȝ violaꝝ vna cū folijs: ⁊ coq̄ bn̄ in ceruisia: ⁊ da mulieri mane.

m

¶ Ad expellendū menstruū post partū. ℞. costā de capite caponis: ⁊ cōtere in puluerē: ⁊ bibat in potu: ⁊ calide bibat de illis radicibus videlicet Millefolij ⁊ hec ad expellendū menstruū quando fluit de muliere cōtra debitū modū: videlicet post ānos qnquaginta. vel pone myrrhaȝ ad pomū scissuȝ: ⁊ postea claude econtra: ⁊ pone sup ipsum quando coquitur: ⁊ ibidem assetur: ⁊ postea sumas ⁊ da ei comedere cum myrrha: vel ponat abrotanum ad sotbulares: ⁊ ambulet in eis: ⁊ sanabitur.

n

¶ Medela mulierū in puerperio verbena illa radix valet mulierib⁹ in puerperio si ipsam circa se seruauerit: q: remouet fantasmata: ꝛ vexationes magnas nō patient: quietē bonā habebūt: ꝛ infanti si collo alligat siue manibus nō fatigabit grauedine aliquali: sed fruet quiete. q ēt dormire nō possūt habeāt circa se verbenā: ꝛ dormiēt bene ꝛ quiescēt. sitr si remote equitare volueris liga sub coma eque verbenā cū artemisia: ꝛ nō fatigabit equus in equitando.

o

¶ De facili partu mulieris. ℞. radicē Jusquiami ꝛ alliga sinistro femori mulieris: ꝛ dum facis fac nodū vt faciliter relegari possit: vt mox dum pariet statim soluas nodū: iō vt vitalia seu intestina nō sequant. Jtē hoc remediū multas liberauit in partu. ℞. lauri foliū ꝛ cōmasticatū sup vmbilicū pone: ꝛ stati pariet cū admiratiōe. exptū ē.

p

¶ Mellicratū tali mō fit. ℞ vnū coclear de melle fluuili: ꝛ tria aque tepide ꝛ misceant insimul sic detur mulieri bibere. Que mulier in partu laborat. Accipiat myrrā ꝛ teratur: ꝛ in vinum mittat ꝛ sic bibatur ꝛ liberabitur.

q

¶ Modo cōtrario. Si femella fuerit concepta mulier tūc est grauis ꝛ pallida: ꝛ venter ē oblongus in dextra pte: ꝛ in sinistra rotūdus: ꝛ mamilla in sinistra pte turgescit: ꝛ lac magis idigestum liuidū ꝛ aqueū: ꝛ fusū super corpus politū diuiditur pars eius aperte sicut aqua: ꝛ si lac sup vrinā eiusdem mulieris fuerit fusum natet: ꝛ sic de alijs. Jtē experimentū scio: verū ē: ꝛ expertū. Si cōcepit vel nō det ei mellicratū bibere: si tūc circa vmbilicū corrosiones habuerit cōcepit: si vo nō minime. Ipoc. ampho. lx. pticule quinte.

r

¶ De tpe apto ad impregnādū maxime adueniente vel determināte pregnationē cū corpus nō ē plenū cibo: neq; deficiēs est cibo: ꝛ vino nō vltra modū sūpto. Incipiēte igit purgatiōe minus apta ē cōceptio: s; cū minuit i viro: ꝛ muliere: corporis. n. tēperātia adiuuat. Galie. iij. teg. tex. cōmenti. xxxvj.

ſ

¶ Pingues mulieres minus apte sūt ad pgnādū seu concipiendū: eo φ pudenda nō cōueniūt: ꝛ parū locū relinquūt: nec valde tenues apte sūt Si igit alique impregnant a malis humorib⁹ expurgent: ꝛ ad hoc nil melius φ Theodoricon Nicolai ꝛ ierapig. ꝛ dyamargariton hoc est cū cognoueris in proximo menstrua venire.

t

¶ Si ex nimio calore fit sterilitas qd signat paucitas mēstruor cū dolore existens: ꝛ vlcera pudendor: ꝛ calor totus corpis dabisq; ei que mediocriter infrigidāt ꝛ humectant: vt lactucas: maluas: butyrū: portulacas: atriplicē. Si aūt os matricis sit apertū dicta stipita: fomenta: ꝛ medicamenta: sicut carnes granator lentisci: radix rubi mirtus ꝛ galla. Si tunc torqueatur matrix curat cum mollificatiuis.

u

¶ Ad cōcipiendū: viscū qd in quercu nascit tere cū vino: ꝛ da ei bibere: ꝛ hec deficiēte menstruo: ꝛ ɔcipiet. Plynius lib. xvj. caplo vltimo. i fine. Jtē vulua leporis comedat in cibo. Jtē aqua de coctiōis lactuce mane da mulieri infecūde: ꝛ eadē die ad cōceptionē conuertit: ꝛ quādo est ipregnata euomet: ꝛ retinere nō potest. Similiter siler montanū datū apris vel alijs animalibus ad manducādū quādo coire voluerint: ꝛ statim cōcipient post coitū: ꝛ puluis testiculor verris datus mulieri post menstrua.

x

